

Stupeur des Gaulois à leur entrée dans Rome

En 390 av. J.-C., les Gaulois Senones écrasèrent les Romains sur l'Allia, non loin de Rome, et entrèrent le lendemain dans la ville. Le Capitole avec la citadelle sont seuls défendus, tout le reste est ouvert et abandonné, la population a fui; quelques vieillards cependant sont restés chez eux, attendant gravement la mort.

Galli sine ira, sine ardore animorum ingressi postero die urbem, patente Collina porta, in forum perveniunt, circumferentes oculos ad templa deum arcemque solam belli speciem tenentem¹. Inde, modico relicto praesidio, ne quis in dissipatos² ex arce aut Capitolio impetus fieret, dilapsi ad praedam vacuis occursum hominum viis, pars in proxima quaeque tectorum agmine ruunt, pars ultima³, velut ea demum intacta et referta praeda, petunt. Inde rursus⁴ ipsa solitudine absterriti ne qua fraus hostilis vagos exciperet, in forum ac propinqua foro loca conglobati redibant; ubi⁵ eos, plebis aedificiis obseratis, patentibus atriis principum, major prope cunctatio tenebat aperta quam clausa invadendi⁵; adeo haud secus quam venerabundi intuebantur in aedium vestibulis sedentes viros, praeter ornatum habitumque humano augustiorem, majestate etiam quam vultus gravitasque oris prae se ferebat simillimos dis⁶. Ad eos velut simulacra versi cum starent, M. Papirius, unus ex iis, dicitur Gallo barbam suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcenti scipione eburneo in caput incusso iram movisse, atque ab eo initium caedis ortum, ceteros in sedibus suis trucidatos.

TITE-LIVE, V, 41, 4-9.

1. *deum* = *deorum*; *solam tenentem* = *quae sola tenebat*. — 2. *in (se) dissipatos*: valeur temporelle du participe = sur eux, pendant que.... — 3. *ultima (tectae)*; *velut*: dans la pensée que.... — 4. *rursus*: au sens propre; appuie, en l'annonçant déjà, le verbe *redibant*. *Vagos (se)*. — 5. *ubi*: relatif de liaison. *Invadendi*: complément de *cunctatio*. — 6. *simillimos dis*: apposition à *viros*. Tous les mots qui précèdent donnent les raisons de cette étrange ressemblance. *Humano (ornatu habituque)*: complément du comparatif *augustiorem*.